Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

dicas quiriace? Dilexisti per crucifixo mori.
et non sacrificare? Quiriacus eps dixit. Nescis
quomodo dicit scriptura. quia dii qui celum et terram non
fecerunt pereant a terra? Et iterum. Simulacra gen
cium argentum et aurum opera manuum hominum.
Et iterum. Similes illis fiant qui faciunt ea. et omnes
qui confidunt in eis. Ecce ergo et tu filius es si
mulachrorum vanorum. cum quibus dampnatus es
in gehenna ignis. Iratus autem iulianus iussit
dexteram manum eius abscidi dicens. In hac
manu multas frequenter scribens epistolas. multos
a sacrificiis prohibuisti deorum. Quiriacus
eps dixit. Tu quidem ignoras insensate canis
quale opus est bonum. ego autem non ignoro.
quia prius quam cognoscere verum xpm dominum. eram
scribens ad synagogas iudeorum. ut nemo
crederet in crucifixum. Scandalum ergo cor
poris mei abscidens. vitam eternam michi providisti
sicut scriptum est. melius est ut pereat unum
ex membris tuis. quam totum corpus tuum mit
tatur in gehennam ignis. Julianus imperator
dixit. Sanctum extermine corpus tuum hic.
et videam qui liberet te de manibus meis.
Quiriacus eps dixit. Dns ihesus xpc qui ho
die a te insensate iniuriam patitur. ipse in
ewangeliis mandavit dicens. Nolite time
re eos qui occidunt corpus. animam autem non pos
sunt occidere. ideo contempno tormenta tua.
ut eternum ignem effugiam. et venturam iram.
Julianus imperator dixit. Ecce ira ignis super te ve
nit. et videam si liberet te galileus ille de
manibus meis. Quiriacus eps dixit. Impie
et immemor omnis bonitatis. et incomtabilis
et ferocissime canis. quomodo non es memo
ratus immaculati et purissimi altaris
gloriosi et semper celestis. a quo absconsus
es? Effugisti temporalem punicionem mortis.
cum tyrannica tibi proponebas insaniam.
quomodo non timuisti immundissimum tuum
os extollere. et verba blasphemie proferre
adversus dominum ihesum xpm? Julianus imperator
dixit. Si vere ignem contempsisti. iudicabo
te in tolerandis tormentis. ut non solum corpus
tuum ignis consumat. sed et animam. Et iubet
plumbum in trulla rogo dare. et extendi beatum
quiriacum. et forcipe ferrea aperire os eius. et
infundi illi plumbum. ut interiora eius con
flarent. Talem autem et celestem sustinens
penam. spem habens in celum aspiciebat.
Et cum due hore transissent. omnes eum sperabant
iam mortuum esse. Ille vero elevans vocem
clamabat dicens. Xpe lumen eternum.
inextinguibilis splendor. mortuorum vita.
peccatorum propiciacio. errancium redemptor et dux.
benedico te dne. quia dignum me fecisti par
ticipari sanctis tuis qui ymaginem auream con
trivisti. et impium regem ab hominibus ex
pelli fecisti. et cum ferocibus bestiis porcio
nem eius fecisti. et septem tempora super eum
mutare ~~fecisti~~ precepisti. usque dum cognosceret
te verum deum. qui per servum tuum beatum danielem
culturas babiloniorum destruxisti. et sacerdo
tes mendaces bestiis tradidisti. qui trinita
tis tue primos martires tres pueros tuos
in fornace ignis ardentis salvasti. qui
terribilem et inundantem mari rubro viam
divino siccasti precepto. et pedibus populum tuum
transire iussisti. et adversarios eorum operuisti
fluctibus. qui per figuram gloriose crucis tue
sibilos serpentis in deserto extinxisti. et
eos quos mordebant per eam sanasti. et a solis
radiis estuantem refrigerii nube protexisti.
qui adversarios amicorum tuorum iudicio mor
tis donasti. qui eis contra tempestatem paciuntur
tranquillus es. qui in altis montibus fon
tes revelas. ut bestie deserti sacientur potu.
de omnibus enim tibi est cura dne amator animarum
quia tua sunt creatura. Deprecor te dne
ihesu xpe transmitte michahelem archangelum
luminis. et libera me de malo opario isto